Interris sd contentis tam in toto, quam in quavis minima parte
toties quoties opus fuerit satisfacere, Interris autem praefatam
ad Inscriptionem praesentem roboratoriam, et Inscriptionem praesentem
roboratoriam, ad praefatam Interrisam vicissim in toto
referendo, idque sub damnis terrenis simpliciter absque
corporali Juramento taxandis et edicendis, per eundem
Reverendum, vel eius successores, suprascripto Generoso Albrechto
a Grochowie Grochowski, vel eius posteris, ob non comple-
tionem contentorum Interrisd praefatis omnium et singu-
lorum tam in toto, quam in parte, toties quoties opus
fuerit, ad solvendum succumbendis, quibus quidem damnis
terrenis simpliciter absque corporali Juramento taxatis
modo praemisso ad solvendum succumbitur, atque aliqua
quavis [illegible]
comp[illegible] exens in utraque Regni Illustris et Admod.
Rndis Praesulibus [illegible]
Dyrnowiecensi Praeposito, Krzywicensi Plebano, terrestribus
sacrae Regiae Mattis, sive eius successores, ad instantiam
praefati Gnosi Albrechti a Grochowie Grochowski
vel eius posterorum ad Judicium et officium quodvis Regni
etiam spirituale, ad quod prius ex ipsis citabitur, extunc
recessu sapto, quo ad respondendum spectabit mediante,
semper in primo citationis termino tanquam peremptorio
stare, [illegible] parere, respondere, damna praefata terrenis
simpliciter taxata luere, Inscriptioni huic satisfacere
ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, ipsaque suos
successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesenti
illum Terminum primum peremptorium, uti et alios
exinde consequentes causa [illegible] temporis per

964

Vera infirmitate, maiori, minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, Servitio militari, ad Munimenta, ad Evictorem, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem praevia ultra primos Judicij et Officij cuiusvis Regni etiam Spiritualis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullas quoque motiones, Appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia pro omnis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, fatalijs Juris, proclamatione Terri[illegible], bellis, cormantionibus ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo aliquo quovis evadendo. Itaque praesenti personali Recognitione praemissa omnia et singula mediante.

# Grochowski Rogalinskiey suo p interesse Rbt

370

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Gnosus Olbrachtus a Grochowice Grochowski, olim Magnifici Feliciani a eadem Grochowice Grochowski Castellani Premysliensis filius, sana mente et corpore existens, a Terris, districtibus Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, praesentibus vero Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Jurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie in corporando atque subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse se, ac suos Successores super bonis suis generaliter omnibus, Summisque pecuniarijs suis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus: